ISIDORUS HISPALENSIS
12. bis 13. Jh.
Seite 200r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26503
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in qua stantes omnes spiciunt. Cui forma pnnu rotunda erat sicut amphiteatri. Postea ex medio amphitheatri factu est. Theatru autem ab spectaculo nominatu. a potest theorias. quia in eo ppls stans desup atq; spectans ludos contemplaret. Idem vero theatru. idem et prostibulu. eo quia plebs ludos exactos meretrices ibi prosternerent. Idem et lupanar uocatu ab eis dem meretrices. que pp uulgatu corpis leuitate. lupe nuncupabant. Nam lupe meretrices sunt. a rapacitate uocate. quia ad se rapiant miseros seu apprehendant. Lupanaria autem a paganis constituta sunt. ut pudor mulierum infelicium ibi publicaretur et ludibrio habentur tam hi quam facerent. quam que paterent. De Scena. Scena autem erat locus infra theatrum in modum domus instructa. cum pulpito. Qui pulpitum orcastra uocabatur. ubi cantabant comica. tragica. atq; saltabant histriones et mimi. Dicta autem scena. quia appellationem. eo quia in spem domus erat instructa. Vnde et apud hebreos tabnacula dedicatio a similitudine domicilio. ⲥⲕⲏⲛⲏ ⲫⲏⲅⲓⲁ appellatur. De Orcistra.

Orcistra autem pulpitum erat scene ubi saltator agere posset. aut duo inter se disceptare. Ibi. h. poete. comedi et tragoedi ad certamen ascendebant. hisq; canentibus alu gestus edebant. De tragoedis. Officia scenica. tragoedi. comedi. themelici. histriones. mimi et saltatores. Tragoedi sunt quia antiquitus gesta atq; facinora secularia regum luctuoso carmine spectante pplo concinebant. De Comedis. Comedi sunt quia quatuor hominum acta dictis ac gestu cantabant atq; stupra virginum et amores meretricum in suis fabulis expimebant. De themelicis. Themelica autem erat musica scenica. quia tibiis organis et lyris et citharis pcanebant. Et dicti themelici quia olim in orcistra stantes cantabant. sup pulpitum quia themele uocabatur. De Histrionibus. Histriones sunt. qui muliebri idumento gestum impudicam feminam expimebant. hi autem saltando et historias et res gestas demonstrabant. Dicti autem histriones. siue quia ab histria id est gente sint adducti. siue quia pplexas historias fabulas expimerent. quasi historiones. De mimis. Mimi sunt dicti gca appellatione. quia rerum humanarum sunt imitatores. Nam habebant suum auctorem. qui antiquitus agerent fabulam. pnuntiaret. Nam fabule ita ponebantur a poetis. ut aptissime eent motum corporis. De Saltatoribus. Saltatores autem nominatos uarro dicit ab archude salio quem eneas in Italiam secum adduxit. quia primo docuit romanos adolescentes nobiles saltare. Plane in arcibus scenicis libidinis et ueneris patrocinium. quia priuata et publica sunt scenis de gestu et corpis fluxu. Nam mollitie libidinis et ueneris immolabant illi